

D. N.

IOANNIS

RAYNAUDI IV.

RECONSULTI

AVINIONENSIS

COMPREHENSORIVM

*FEUDALE, quæ tota Feudorum materia
magno omnium Iureconsultorum commodo
continetur, ac felicissimè
explicatur.*

Accessit nunc primum Index locupletissimus.



LVGDVNI,

Apud Heredes Iacobi Iuntæ.

M. D. LXI.

Coll. Soc. Iesv Salm. ex dono Regni



FLORENTI ET FAMO- SO STUDIO, EIVSQUE SA-

CRÆ VNIVERSITATI IN SIGNI-
tæ ciuitatis Auinion. Ioannes Raynaudi, legū
doct. inter cæteros minimus, & dictæ ciui-
tatis originarius, nunc verò ciuis Mafsi
liæ ac prædictæ Vniuersitatis filius,
humilem recōmendationem,
ac honoris & felicitatis
augmentum.

P R A E F A T I O.



*V*bi superueniente casmate quodam & subortis
aliquibus turbidis nouitatibus aduersus parlamen-
tum Regium Prouinciae seu dominos nostros presi-
dentes, in eodem tanta solertia & tanta scientie vi-
ros legum eximios professores, quibus ut collega iun-
ctus, licet indignus, ad propria redierim, ut cæteri domini, necessitate
compulsus: & applicando speciali habitationi meae, ut tunc refugio
volens, quem admodum cuiuslibet sapientis inter est, otij vitium pos-
se tenus evitare, ne animus meus otioso inuoluetur conflictu: cum
omnis subita mutatio rerum non sine quodam quasi conflictu con-
tingat animorum, proposuerim tunc a labore causarum quiescens,
meo prius reuoluens in animo, & quadam reuolutione commemo-
rans alias in studio Auinion. dū cursum meum peragerem inter cæ-
teros actus publicos, ter librum feudorum legisse: quamuis permixtis
materiis fuerit textualiter inordinate compilatus, dare siquidem ope-
ram efficacem, ut super aliqua constitutione scriberem, & scribendo
materiam feudorum reducerem breuius ad ordinem: nec silerem quae
intellectui meo erant clarius explicanda. Assumens propterea onus
scribendi confortatus cū illo, quo dirigēte omnia peraguntur, & teste
actore, labor improbus omnia vincit: mentaliter sum amplexus illā
excellētē constitutionē: Imperialem decet solertiā. rubrica de probi.
feud. alie. per fre. quae totius libri fuit reparatrix pariter & ornatrix.
Incepi igitur, In nomine Domini manum ponere ad aratrum
& calamo loco vomeris exarare, cōmista separādo, & dispersa hinc-
inde colligendo, ac vtilia sub compendio perstringendo, & aggrega-

LECTURA AVREA DOMINI IOANNIS RAYNAV.

DI, IURIS VTRIVSQUE DOCTO-
ris, in titulos feudorum accurata dili-
gentia domini Ioan. Tyerri, Lin-
gonensis, recognita, In
vtroque iure
doctor.

S Y M M Æ.

- 1 Feudum quid. 3. & 6.
- 2 Homagium quando, & cur introductum.
- 5 Feudi natura & proprietas.
- 7 Feudi partes, earumque explicatio. 8. 9.
- 10 Feudum vnde dicatur.
- 11 Fides, dati feudi causa.
- 12 Fides vnde.
- 13 Beneficium vnde.
- 14 Feudorum diuisio. 15. 16. 17. 18. 21. 24.
- 19 Contractus potest fieri in testamento.
- 20 Femine in feudo, nisi ex pacto, non succedunt.
- 22 Feudum peragium, sine nobile à quibus recipitur.
- 23 Feudum à minoribus vasallis receptum, ignobile dicitur.
- 25 Iura feudorum cur in scriptis redacta fuerint. Et an sint leges
autentica nu. 26.
- 27 Furatus quinque solidos, feudorum iure, laqueo strangulatur.
- 28 Iurium Romanorum origo.
- 29 Feudalia regni Francia ad patrimonialia redacta sunt.



IMPERIALEM decet solertiam. ¶ In no-
mine sanctæ & indiuiduæ trinitatis patris,
filij, & spiritus sancti. Hæc constitutio situa-
ta est in lib. seu. x. coll. tit. siue rubrica, de pro-
hi. seu. alie. per Federic. Et in lectura huius
constitutionis seruabo hunc ordinem. Pri-
mò præmittam aliqua, generalia euidencia-
lia circa materiam feudorum. Secundò descendam ad rubrū.
Tertiò veniam ad nigrum, expediendo superscriptionem, &
constitutionem diuidendo, & subdividendo. Ultimò quamli-
bet

DN. VDALRICI

ZASII LL. DOCT. CLARISS. IN
VSVS FEVDORVM EPITOME,
ORDINE ET VVILITATE
COMMENDABILIS.

Memorabilia in cap. seq. obseruanda.

*està conforme al seu pue
gatoxià de 1640 p. 1. co.
division del Sr. Joff.*

J. Fran. Maldonado

- 1 Authores Feudorum qui fuerint.
- 2 Feudalia scita sine ordine congesta.
- 3 Consuetudo feudalis auctoritatem legis habet.
- 4 Feudales commentatores.
- 5 Divisio operu feudorum.



FEVDALES consuetudines, Iuri quidem Civili incognitas, prudentum tamen moribus receptas, explicare pergimus: quæ tametiam parum ex ordine, & modica rei Latine puritate tradite, (Titulorum enim capta temere, & velut ex re nata

congeruntur) utiles tamen sunt & necessariæ his, quibus Re rumpublicarum commodis adesse consilium est. Tu ergo quisquis emunctiori sis nare, positionibusq; literis assuetior, si Latinum agreste, aut sordida occurrat Barbaries, uel si ò te durata, uel conniventibus oculis salebras transmittito, securusq; malè coherentis ordinis, ipsam rerum utilitatem complectitor. Nos manum quantum possumus admoliamur, ut malè tornata dictio te non offendat, & simul quam spicam exentiamus, tibi blandiatut. Nec me deterrebunt, qui ante nos placita feudalia docuere, clarissimi quidem illi, sed alio scribendi consilio ducti. Illi enim rerum inuestigandum mare ingressi, iustos pro ingenio elaborauerunt comentarios: nos in uado manentes, uelut isagogas trademus, nonno fortassis ordine, & non iniucundo. Huc enim librum in partes digerendo, quicquid uni eidemq; materie conueniat, continenter tractabimus: non omisis, si qua in text. & gll. nobis notata digna uisa fuerint, Doctorum sententias prout commodum fuerit, ita subijcietes, ut tamen ab eis aliquando recedamus, & ueritatem, quæ nobis uideatur, sequamur.

AD INVICTISSIMUM

PRINCIPEM DIVVM QVE

*Maximilianum Caesarem Opt. Max.**oratio, habita Vniuersitatis**Friburgensis nomine,**Zasio dicente.*

QUANTUM illius, inuictis & generosiss. Princeps, Imperator Auguste, nos q ad tuam sereniss. maiestatem excipiendam, a tuae maiestatis gymnasio Friburgensi missi sumus, plane fateamur nostratum non esse nec uirum, nec ingenium, id munus apud tantissimi fulgorem uerbis quamlibet politis consequi. Quae enim humana mens ex aequo ueretur principem in mortalibus precomiorum titulis decorandum? principem cuius imperium Oceano, cuius fama astris terminatur? Verum enim uero quod nostrae superest exiguitati, tuam augustam maiestatem, quanta maxima ueneratione, quanta obedientiss. subiectione possimus, excipimus, & in genua, ut addeceret, humillime adprorati con. salutamus: felicem fortunatumque hunc diem arbitrati, quo post tot annorum curricula, post tot bellicos sudores, tuam maiestatem sanam iterum & incolumem uidere licuit. Utinam uel Ciceronis nobis uel Demosthenis suppeteret facundia, quo illos ardentissimos in te, desideratiss. Princeps, nostrorum animorum affectus, paratissima propensissimaque uota, studia, obligamina, ex debito explicaremus. Quippe qui a tua maiestate, eiusque illustrissimis progenitoribus, origine, priuilegijs, prouentibus fundati, decorati, promissi, sola ea tam honesta tantorumque principum digna liberalitate alimur & propagamur. Quod si nulla huiusmodi munificentia impelleremur, tuorum tamen eminentissimorum natalium, rerumque preclarissimae gestarum admirabilem splendorem, pro totius prope orbis in praedicatione tuae rapitur, memoria repetentes, in maximarum laudum coagmenta iure optimo prouocaremur. De clarissimis

I S tuis

